



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

PRIMVM.

icitia significat obedientiam iuxta omnia præcepta.
diles, de qua dicimus, non est proprius opus omnium præceptorū :
Ergo non iustificamur fide.

Respondeo ad maiorem.

Maior est vera, de iusticia Legis, nam iusticia Legis proprie
ti obediencia iuxta omnia præcepta. Sed hanc ipsam ob causam,
qua haec corrupta natura non satisfacit Legi, ideo alia reuelata &
docuera est, quæ est acceptatio proper filium Dei, quam sequitur do-
cumentum Spiritus sancti. Aliud igitur iusticia significat in maiore, aliud
in conclusione. Cum Paulus dicit, Fide iustificamur, intelligit, fide
consequitur remissionem peccatorum, seu acceptationem propter
Mellinum gratis, vt Rom. 4, inquit : Fides imputatur ei ad iustificati-
onem. Hæc explicatio perspicue ostendit, hoc argumento non labefac-
turi modram sententiam. Fontes autem diligenter consideremus.
Hæc argumenta aduersarijs nascentur ex iudicio rationis seu Le-
gitimæ disciplina, in hanc omnium oculi sunt defixi, sicut inquit Pau-
lus, sedates Legem iusticia, ad iusticiam non pervenient, nec di-
ficiunt Legem & Euangeliū, nec animaduertunt Euangeliū in
hac questione non de vita politica loqui, sed de reconciliatione co-
muni Deo. Hæc arcana discernenda sunt à ciibili conuersatione. Ergo
haec caligines & nubes depellant studiosi, videlicet confusionem Le-
gi & Evangelij, & confusionem politicæ vitæ, & reconciliationis
cum Deo, & attendant, de qua re in hac questione agatur.

SECUNDVM.

Impossible est sola noticia iustum fieri,
Fides tantum est noticia, Ergo

Impossible est sola fide iustum fieri.

PAUVRVM respondeo ad minorem. Fides non significat tan-
ta noticiam, qualis est in Diabolo, de qua dicit Iacobus : Dæmones
vident & contremiscunt : Sed fides significat in intellectu noticiam,
utens promissionum de Christo, ac in voluntate fiduciam, qua
voluntas vult & accipit oblatam misericordiam, & in ea acquiescit,
utens Ciceru audiuist sibi à Cæsare promitti securitatē : noticiam in
intellectu, lequebatur in voluntate fiducia, qua volebat & accipiebat
oblatum beneficium, & in hac promissione acquiescebat. Est igitur
fides non tantum noticia, sed fiducia illa, yr. diximus, qua apprehendi-
tur promissio, sicut perspicue testatur quartum caput ad Romanos,
videlicet hic intelligi eam, quæ accipit promissionem, quare necesse est
ut ergo fiduciam misericordiae donatax. Sed oritur & hoc argumen-

h . . . tum